

lyrica non tantum, verum etiam epica in Græcia
a poëtis, qui ea conscriperant, decantata exemplis
Hesiodi & Homeri probat. A Græcis ad Latinos
sive Romanos, qui in omnibus Græcos æmulati
sunt, derivatum hoc studium, minus tamen excul-
tum scribit, quod horum lingua musicæ parum
apta sit. Tandem interjectis plurimis ad antiqui- *Dramatum*
tatem pertinentibus monet auctor, Gallorum lin- *ortus in*
guam, quæ poësi & musicæ aptissima est, dramatibus *Gallia ad-*
musicis prorsus convenire: quæ a Lullio (Mr. Lully) *modum ru-*
ad summam gloriam erecta sint, cum eorum ortus *dis fuit, &*
in Gallia rudis admodum fuerit, & peregrinatori *peregrina-*
bus debeatur. Hos enim e terra sancta, Hierofo- *toribus de-*
lymis, Compostella, aliisque sanctis locis adventan-
tes in itinere sacros de morte filii Dei, sanctorum *betur.*
vita, rebus gestis, miraculis & martyrio, extremo
item judicio hymnos composuisse, quos in patriam
reversi coram plebe cecinerunt: mox in Italia &
Gallia theatra extruxisse, & cantus actionibus vivis
ac gestibus adjuvisse. Has musicæ dramaticæ reli-
quias a piis in ecclesia hominibus conservatas, ante
ducentos quasi annos Cardinali Riario, Sixti IV.
Pontificis nepoti, primum ad dramata in Italia in- *Instaurata*
stauranda theatrum ut extrueret, occasionem sup-
peditasse juventutis exercendæ gratia, ex epistola *eadem in*
nuncupatoria Sulpitii, Vitruvio præmissa pro-
bat. Haud ita multo post profana argumenta in
scenam prolata e nuptiarum Galeatii, Mediolanen-
sium ducis, & Isabellæ Arragoniæ, in quibus mimo-
rum, cantorum & histriorum cantibus ludisque
veteres